

1563 15^{to} g^{to} m^o

353
E. Epist. Sig. Aug. in^{gr}. Lipsiae.

Ducissae Borussiae.

De stipendio Fratris ejus, Ducis Erici, concedendo

117
Illustris Princeps, Domina Affinis nostra cha-
rissima. Litteras Illustritatis Vestrae accepimus,
quibus a nobis petit Illustritas Vestra, ut ejus
voluntatis, qua nos Illustris Princeps, Dominus
Ericus Dux Brunsvicensis, Frater Illustritatis
Vestrae adducendo exerta est prosecutus, rationem
haberemus sumptumque ipsius aliqua ex parte le-
vaverimus. Quamobrem Illustritatem Vestram sive
volumus, etsi hoc tempore ejusmodi officio Il-
lustris Ducis Erici minime indignemur, tamen ve-
teri nostra benevolentia erga familiam Brunsvi-
censem nobis conjunctissimam, proteraque per-
suasionibus Illustris Principis Domini Alberti
in Borussia Ducis conjugis Illustritatis Vestrae
et Consobrini nostri charissimi, quem nos sane non
alio quam fratris loco habemus, adductos nos
salarium bis mille talerorum annuorum multo
ante quam litteras ab Illustritate Vestra acce-
pserimus, Illustri Domino Fratri Illustritatis Ves-
trae assignavisse, ejusque rei litteras confectas per
Intermedium nostrum ad Illustritatem ejus mi-
sisse; quod cum ita sit, existimavimus Illustri-
tatem ejus hac nostra ejusmodi beneficentiae
significatione, interim contentam esse posse. Il-
lustritas autem quoque ejus nondum conditioni in
litteris illis adjectae satis fecisse videtur. Aliis in
rebus quantum maxime poterimus, non intermit-
temus Illustritati Vestrae, cum sua causa tam

Illu-

1503 p. 17
Illustrationis ipsius conjugis, quem magnopere
amamus, gratificari. Nunc eam bene valere cupi-
mus. Datum et supra.